



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 110. Postulata Cattinaræ Cæsarei Cancellarii

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

tur, quo consilio Carolus Imperator clariorem longe laudem, nomenque Cæsarea Majestate dignum consecutus fuisset. Alterum autem concordiæ medium erat, ut vel certum libertatis petitæ lytrum Regi præscriberetur, vel præscriptum mitigaretur, eo quod æquitatem excedere viseretur.

**Sæcul. XVI.****A.C. 1525.**

## §. CX.

*Postulata Cattinarae Cæsarei  
Cancellarii.*

Ad hæc reposuit Cattinara Cancellarius, prius tollendum esse dissidiorum somitem, ac demum de solida inter utrumque Monarcham pace agendum; hanc in rem Regis jussu Cæsaris postulata fuisse discussa, ea que probe examinata, nullatenus immodica, sed potius valde moderata censeri, additque cum Cæsar, quamvis Occitaniam, & Delphinatum, utpote Regna Imperio, vel Arragoniæ obnoxia prætenderet, ac nequidem Franciscus justum præscriptio-nis titulum opponere posset, pro sua tam modestia nonnisi Burgundiæ Ducatum postularet, quem Ludovicus XI. Franciæ Rex iniqua usurpatione Mariæ de Burgundia, quæ Caroli V. Avia, & Caroli postremi Burgundiæ Ducis filia erat, eripuit.

Nn 4

Præ-

Sæcul. XVI. Praeterea petuit Cancellarius, ut Rex  
 A.C. 1525 supremo in Belgum dominio nuncium  
 mitteret, id exigente pacto, quod Ludovicus XI. cum Carolo Burgundo Pe-  
 ronne iniit, ac se huic juri cesserum  
 spopondit, si forte Atrebatense foedus in-  
 ter Carolum VII. ejus Prædecessorem,  
 & Philippum *Bonum* violaturus esset;  
 cum igitur Franciæ Reges horum suc-  
 cessores hujus fœderis fidem fœsellissent,  
 hanc injuriam reparare, Francisco in-  
 cumbere ajebat. Ad utrumque hunc ar-  
 ticulum Joannes de Selva quædam re-  
 ponere conabatur, declarans, Burgun-  
 diæ Ducatum, priusquam Burgundi Du-  
 ces illum possedissent, jamjam Franciæ  
 Imperio fuisse junctum, atque ab illo  
 tempore, quo præfati Duces eo potiti  
 essent, nonnunquam Franciæ liberis in  
 portionem hæreditariam fuisse reli-  
 ctum; si tamen Cæsar prætenso in hunc  
 Ducatum juri vehementius insisteret,  
 hanc litem in Curia Parium Franciæ es-  
 se dirimendam, hanc enim Ducatum  
 Parium Franciæ ditionibus esse anne-  
 xum. Ferventibus hisce litigiis Fran-  
 cisci Regis liberatio præter spem suam  
 diutius differebatur.

§. CXL.